

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0117

**LOG Titel:** De Asione seu Oto. Cap. III.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## CIBVS.

**B**V BONEM maiorem siue montanum cum præpinguis est à quibusdam edi, audio. Sed in veteri testamento hæc, & nocturnæ omnes impuræ habitæ sunt. Et plerq. gentes Bubonem à mensis arcet longissimè. Cuius verò nutrimenti sit, necdum proditum reperio.

## EMBLEMA.

Emblema Alciati sub lemmate: SENEX PVELLAM AMANS.

*Dum Sophocles (quamvis affecta aetate) puellam  
A qua sibi Archippen, ad sua vota irabit,  
Alligit, & pretio, tulit agrè in sana iuuentus  
Ob Zelum, & tali carmine virumq. notat.  
Noctua vix in tumulis super visque cadavera Bubo,  
Talis apud Sophoclem nostra puella sedes.*

## FABVLÆ.

**C**eres cum omnes peragrasset regiones, nec vilo vnquam in loco filiam inuenisset, iterum in Sicilia reuerfa est, vbi ab Arethusa Siciliae nympha Proserpinam à Plutone raptam fuisse intellexit. Tunc Ceres ad Iouem statim profecta, impetrauit, ut ad inferos descendens, ad superos illam reduceret; ea tamen conditione, vt prius nihil cibi degustaret, quam fuisset reuerfa. Cui igitur reddisset Ceres iamq. tota res esset à Ioue diiudicanda, Aescalaphus Acherontis ex Orphe Nympha filius Cererem septem mali punici grana gustasse ex viridario Diis accusauit. Hinc factum est, vt non in totum restitueretur Proserpina. Iupiter enim ex æquo diiudicans, sanxit, vt Proserpina partem anni apud virum, partem apud matrem esset. Ob hanc causam Aescalaphus ab irata Cerere in Bubonem conuersus est, auem nimirum, quæ semper mala prædicere creditur. Hanc fabulosam mutationem a Ouidius ita describit:

*Ingenuit regina Herebi, te ssemq. profanum  
Fecit auem sparsumq. caput Phlegontide lymphæ,  
In rostrum, & plumas, & grandia lumina vertis,  
Ille sibi ablatu sfuluis amittitur alis,  
Inque caput crescit, longos recessit ut unguis.  
Vixque mouet natas, per innerta brachia pennas,  
Fædæq. sit volucris, venturi nuntia luctus  
Ignauus Bubo dirum mortalibus omen.*

Similis fabula est apud b Puleium, vbi Pamphilem puellam in Bubonem magica arte immutatam fingit, in hæc verba. Pamphile arcula quadam reclusa pyxides pulsculas inde cepromis, de quibus vntus operculo remoto, atque indidem egressa unguedine, atq. palmulis suis adfricta, ab imis unguibus sese totam ad vsque summos capillos pertulit, multumq. cum lucernæ secredo collocata membrum tremulo successu quaerit, quis leniter fluctuantibus permiscant molles plumulae crescant, & fortes pinnulla duratur nasus incuruus, cognunt unguis adunci, sit Bubo Pamphile, sic edito iridore querulo, iam sui periculis abunde paulatim terra, resultat, mox in altum sublimata forinsecus totis alis euolat.

*Proserpine  
rapta  
fabula.*

*Aescalaphus  
in Bubonem  
mutatus.  
a Metam.  
5.*

*b Li. 3. de  
asino au-  
reo.  
Pamphile  
in Bubonem*

*a L. 23. de  
animalib.*

## DE ASIONE SEV OTO. Cap. III.



**P**OST Bubonem auium nocturnarum extra omnem controuersiam principem, & longè maximum non ab re facturos nos putauimus, si Afionis siue Oti historiam secundo statim loco describeremus. Etenim magnitudine Buboni, si non par, saltem proximus est. Verùm, & Aluco, & Vlula Afioni corporis mole fortè pares sunt. Sed Afio facie, & habitu cæterisq. corporis partibus omnibus ita Buboni similis est, ita hunc ad unguem exprimit, vt nisi corporis natura, quæ minor est, discrimen statueret, ipse omninò Bubo esse videretur. Vnde ob figuram, quam cum eo communem habet, à multis vt testis est a Albertus, Bubo vocatus est, & etiamnum apud Gallos communi cum Bubone nominis honore gaudet, minoris tantum adiectione. Sua enim lingua Afionem

vng moyen, ou mineur due, id est, minorem seu mediocrem Bubonem nuncupant. Nam, & pinnulis circa aures eminentibus, vnde ei nomen, & pedum constitutione, quæ in nocturnis alioquin varia est, Buboni est quàm similimus. Ternos uterque digitos habet anticos, vnum posticum. Quæ quidem cum potissimum inter nocturnas differentiam ponant, & tam Aluco quàm Vlula aut altero aut utroque deserviuntur, Afioni ideo duximus postponendos, ut potè qui à prima, & nobilissima sui generis aue longiùs recederent, & multàm differrent. Vnde equidem miror Afionem b Pliniũ non potius Buboni comparasse, quàm Nocturæ. Cum dicat Otus Nocturæ similis est. Etenim neq. in aurito capite similitudo mutua illis intercedit, neque in pedum digitis. Nisi sic existimemus, Nocturæ eo sensu cõparatum fuisse, generali quadam ratione, qua omnes nocturnæ eandem propemodum aut similem admodum ab alijs distinctam inter se formam obtinent. Quo pacto alibi Vlulam, Afionem, & Aluconem simili specie constare dixit Aristoteles. Hoc enim de corporis specie, id est, forma intelligendum esse liquet: cum alioquin sub vno genere contenti speciem singuli diuersam essentiam constituant. Sed neque sic defendi Plinius potest: nulla enim inter genus, & speciem comparatio est, cum quòd illos conceptus sit confusus, & minus notus, tum etiam quòd distinctam inuicem & determinatam naturam habeant, vt species atque alterum illorum totius conferri queat. Assimulatum ergo Nocturæ potius, quàm alteri cuiquam nocturnarum crediderim Afionem, tanquam cæteris notiori. Cæterum duo hęc leuiores monere opportunè duco, quæ præmissa ad plurimas difficultates superandas, & ad enodanda dubia, quæ in hac historia interpretum incuria peperit, viam sternent. Prius est, quòd Theodorus Gaza Aristotelis non infimus in terpres, Afionem vbiq. pro græca *ὄσος*, perperam verterit, duas aues specie differentes confundens. Quam quidem rem eò magis miratus sum, quòd cum alioquin Plinijs in vertendo Aristotele affectatissimus sit, & vitiorum aliquando imitator, hic tamè aperte illi refrageret. Qui disertis verbis testatur, Otũ Latinis Afionem vocari: Sed, & Aristoteles ipse, si attentius legisset, Scopem esse Afionem non posse, monere eum deberat, qui Scopem Græcis Noctus minorẽ facit, Afionem verò, qui Otus est, Noctuis maiorẽ, manifestissimo inter vtrumque discernimine. In eundem errorem plurimos auctores etiam minimè gregarios, vt Hermolaum Barb & Scaligerũ traxit, cum Gaza exemplũ, & authoritas, tum auim fortè similitudo, quòd nempè auritæ esse ambæ tradantur, & simili colli gestulatione mimos imitari, ac saltantium spectaculo veluti attoniti ab omnibus capi. Alterum est, quod non minus inceptè Plinius, Atheæus, alijq. classici scriptores Otum cũ Otide confundunt, insigni sanè nec tolerando errore, nisi ea librariorum alicubi culpa est; Inter hos præter cæteros est a Oppianus, qui pro Otis, Otides inducit, hisq. cornua affingit ridiculosè; vocum nempè vicinia, & similitudine cum alijs deceptus. Nos verò Otum, & Afionem tanquam eandem auem eodem capite comprehendentes, hic describemus: Otidem verò eũ toto genere diuersam, & minimè rapacem, sed Gallinaceis annuerãdam hinc longè alegantur, atque in aliud tempus, ac locũ valere iubemus; cum non solum non rapax sit vt dixi, sed ne carnuiora quidem, verum frugilega.

## SYNONIMA.

**A** Sio auctore a Plinio Latinis dicitur, quem Græci Otum vocant: videtur dictus Aſio ab auribus, vt i aſinus, vel à Græca voce *ἄσος*; vel Hebraica Afen vel offen. Sic enim Græci, & Hebræi auem vocant. Seruat autem quoq. hodie Aſio auritæ auis nomen apud Marſos Italos. Ous vel *ὄσος* Græcis auricula est. Habent auriculas solæ quadrupes viuiparæ, quoniã tamen in Oto aue non solum plumæ vtrinq. in capite auricularũ instar prominent, verum etiam organi auditorij meatus amplissimos, & cura solerti singulari, artificio rectos, necnon intus affabrè constructos videre est. Iure merito Græci Otum quasi auritam dixerunt, vt hodie aliqui cornutam ob pinnulas in capite surrectas velu coracula. Otum etiam Tagodiam vocari à lepore, nimirum quòd pedes plumis villosos habeat, author est, Alexander Myndius apud Athenæum. Hunc eundem *Νυκτιγοραχ* nonnullis appellari Aristoteles disertis verbis tradit, quod Latine Coruũ nocturnum sonat, vt & Plinius vbiq. verit. Vnde manifestissimi errores deprehenduntur Theodori Gazæ celebris alioquin, & primarij Aristotelis interpretis, qui contra morem, & mentem Plinij, cuius vt antè inuimus, etiam vitia translationis præ imitationis studio in vsum suum conuertit, immò verò præter ipsiusmet Aristotelis sententiam Nyctigoracem quandoque Vlulam interpretatur, nonnunquam Cicumam, aliquando etiam Afionem. Primum enim Afionem cum Scopem eundem facit, diuersum longè, vt supra probauimus, tum quem Nyctigoracem Græci dicunt, nos verò

10 Afionem aut Otum esse, (sunt enim synonyma) credimus; ipse quandoq. Cicumam, quandoq. Vlulam, nonnunquam Afionem dicit. At Afio illi Scops est, Vlula Aegolias. Quae ergo inconstantia hominis alioquin literatissimi, quae incogitantia? Sed utinam vel ad verbum Aristotelis dicta interpretatus esset, & non ex luis ea deproppisisset. Sic, n. habet b Aristotel. in Graecis: *Otus Noctuis similis est, & ad aures alas seu pinnulas habet, hunc aliqui Nyctitoracem vocant*, E contra Gaza: *Otus Noctuae similis est, pinnulas circiter aures eminentibus praeditus, unde nomen accepit quasi aurium dicas*. Nonnulli Vlulam cum appellant, alij Afionem. Ex his igitur, quae supra de Theodoro diximus, sane per se clara sunt. Patet etiam insuper, quod iam aliquoties diximus in specie Otum vel Afionem cum Nyctitorace eundem esse. Otum enim, ut ait Aristoteles, alij appellat Nyctitoracem, & habet eandem cum Afione aurium eminentias. Accedit quod alia perperam, & manet supra nocturnas enumerasset Aristoteles, alioquin vigilantissimus & exactissimus.

20 adhuc sub iudice, quamnam avis sit Nyctitorax. Etenim scriptores sacri plerique dum eum locum e Davidis interpretatur, qui iuxta versionem Graecam & vulgarem ita habet, *Factus sum sicut* (Kos Hebraice) *Nyctitorax in domicilio*, Nyctitoracem exponunt Noctua, ut Eucherius, Isidorus Ambrosius, Hieronymus & alij hos imitati. Verum Aristoteles has aves diuersas facit, ubi ait: *Coruus nocturnus & Nyctitoraces & cetera, quae interedia nequeunt cerere, noctu sibi vitam acquirunt*. Alijs ineptius Vespertilio est putatus. Ille vero qui Germanis Naect raue, quae vox Corui nocturni ad verbum sonat, appellatur, non est huius loci. Neque enim nocturna est, & ne rapax quidem, sed aquatica avis, de qua alibi opportunius. Quare neque de ea propheta locus intelligi potest. Itaque errat Goropius, dum Gazam, quod male Nyctitoracem vertit, Cicum autem traducens corrigit. Vult enim Nyctitoracem non esse ex nocturnis, sed aliam. At ipse amphibologia lapsus est. Multi, ut inquit Eucherius, Bubonem esse contendunt. Sunt etiam qui asserunt esse Oteralem aue, quae Coruus nocturnus appellatur. Verum, ut supra diximus, nos Nyctitoracem cum Oro

30 aut Afione eundem dicimus, atque i Aristoteles creditimus, satis ex ipso probauimus. Quod vero ad nuper citatum Regij Palatis locum attinet, etsi non recte pro voce Graeca Nyctitoracem Noctua intelligant, fieri tamen potest ut vox Hebraica Kos Noctua significet, & ut a Rabinorum plurimi exponit. Nec multum abjudicat voce Germanica Kourz. Itcet alios aliter interpretari non ignorem; Sed ut de Cicunia aliquid dicamus vel Cecunia (Nam utrumque legitur) videtur vox à sono Noctuarum inflexa esse vel ab *κικυμώπτεν*, quod Hesycho in explanatione illius Callimachi: *κικυμώπτεν γλαυκα est δυσβλεπεν*, ut apud a Goropium legimus. Facile ergo Gaza, quod vel omnibus vel uni conueniebat, ad aliud, & ad particulare transferre potuit. Hispanis Otus dicitur Mochuelo, cuius vocabuli penultima cum Germanico omnibus nocturnis ferè communi, ut apud inferiores praefertim nomine Vuel nonnihil conuenit. Hanc enim aue Germani Bubonis ferè nomine ob maximam similitudinem indigitant. Sed diuersitatem vocula adiecta innuit. Nam Orhu vel, quasi aurium Bubonem dicas, vocant & Ranzcul. Belgis

40 Kerchvul quasi templorum Bubonem dicas, Anglis item Hornoul, id est, cornutus bubo. Plumas enim circa aures eminentes vocant cornua, quemadmodum & Galli qui Afionem Hibou Cornu vocant, ipsidem Moyen Duc, id est, mediocri magnitudine bubo dicitur, tanquam non alia re, quam corporis mole à bubone distinguatur. Aliter Cha huant Cornu, quod idem est, ac si dicas, felis vlulans, seu euulans cornutus, cum ob faciem, quam, ut bubo felinae magnitudine & figura quadam similem habet, tum quod noctu mures non aliter atque elurus venerit. Videtur autem Cha huant, Gallis pluribus nocturnis communis esse, uti etiam Hibou, & Belgis nomen Vl seu Eul. Sunt enim voces hae omnes per onomatopaeiam à sono auis factae: Vnde Afionem ut ad distinctionem bubonis Moyen dicunt, ita ad Aluconis quem Bellonius eiusdem nominibus appellat, cornu, id est, cornutum adijciant hoc pacto, Hibou cornu, Chat huat cornu. Huic tamen propriè magis nomen Duc quam buboni, cui etiam commune id faciunt, competere videtur, quod ut a Aristoteles tradit, *Cum hinc abeunt Cotarnices ductibus Lingulaca, Oto & matrice*

50 proficiuntur. Quod in bubone locum non habet.

G E N V S.

O Tum sanè seu Afionem cum Aristotele & Plinio è Noctuaru genere, si generaliùs hoc uocabulo utamur, aut certè è nocturnis fecerim. Athenæus tamè Aristotelè citans Afionem nocturnam esse negare audet, & tamè Noctuae similè non ueretur dicere. Equidè nihil simile apud Aristotelè inuenio. Et Plinius è contra Afionem maiorè Noctuis statuit. Fieri uerò potest, ut quod ait Scaliger, per gradus certos natura in auib. ab Aquila ad nocturnas usque descendere potuit, atque inter has hanc unam esse, quae etiam dici utatur bene;

b 8. H. c. 12.

Nyctitorax quae a uis. Cpsal. 101

Coruus nocturnus. Naect raue

Gor. p. j. er. ror.

Kos.

Circumena vel Cecunia. d. g. Herm

Mochuelo Vuel.

Orau. uel. Ranzcul. Hornoul.

Cornutus bubo. Hibou Cornu.

Moyen Duc Felis Vlulans.

el. 8. Hist. c. 1.

a. l. 8. c. 14

ficio ad volandum, qua ratione mediæ cuiusdam naturæ inter nocturnas & diurnas esse videri possit, uti Struthio inter auem & quadrupeda maiora, præsertim Camelum, & Castor inter piscem, & quadrupedem. Vespertilio inter auculas, veluti Hirundinem & morem. Ita ordinare, & placidè natura omnibus agere solet, ut quemadmodum iuxta illud Physicum axioma, ipsa nunquam de extremo vno ad alterum procedit sine medio, ita nec etiam de genere admodum disparato ad alterum transit, nisi per mediam quandam & vtrique communem viam gradatim ac sensim progrediatur. Verùm vt non iuerim pertinaciter inficias, & doctis Scaligeri credam, rem ita se habere, mihi tamen suspicio incidit, eam opinionem ex illis Aristotelis verbis nasci potuisse, quibus *Συμπίπεις*, quasdam perennes esse, & semper apparere scribit, præsertim verò cum ibi, vt alibi semper pro Scope Afionem Gaza verterit. Hoc tamen loco de anni temporibus loquitur, docetq. Scopes quasdam quouis anni tempore, non solum autumno apparere, nõ autè diu noctuq. videri & volare. Præterea hoc de Scope, non de Afione dixit Philosophus, quæ diuersæ, vt diximus, specie aues sunt; Quod autem hæc mea suspicio vana sit, ego sanè non video, vt neq. quo authore hæc Scaligeri sententia nitatur. Athenæi enim solius autoritas tanta non est, vt Aristoteli & Plinio grauissimis & solis penè rerum naturalium historicis, præiudicare possit.

Natura non pte dit sine medio.

Scopes.

D I F F E R E N T I Æ .

Afionis nullam apud veteres, imò neq. apud recentiores differentiam obseruatam fuisse reperio. Ego tamen duas eius species agnosco, quas mihi olim conspectas, & ad viuum coloribus expressas afferro. & hic delineatas exhibebo, maiorem & minorem quæcum illa albidior & cinereo magis, hæc fulua, seu ferrugineo diluto spectatur.

D E S C R I P T I O .

Magnitudo. a l. 8. c. 14 b l. 6. Hæ c. 3. c. l. 10. c. 3 d l. 11. c. 37. Digit

Otum a Athenæus dixit Columbæ esse magnitudine. Quod de maximis sanè Columbis intelligendum, quale est nostrum domesticum s. u. cicur. Bubone itaq. Afio, teste Aristotele & Plinio, minor est, Noctua similis. & vt nos volumus, Buboni. Nõ enim tam figura, quàm magnitudine Bubonem magis, quàm Noctua refert. Nam auribus plumeis est eminentibus, instar Bubonis non solus tamen, et si Plinius scribat, *Buboni tā. in. c. Otopl. max. velus aures haberi.* Nam & Noctua genus, saltem minimum, & Scops & Viola quoq. aurita sint. Hinc Plinium fortasse secutus Goropius Otum etiam vocauit Noctua genus minimum, auritum; Digitis etiam Bubonem exprimit, & sic à reliquis, præsertim ab Vlysis & Noctua discernitur. Athenæus Afioni formam humanam ascribit, eiusq. Aristotelem autho. e. facti. Quod etsi quodam pacto verum sit, nihil tamen huiusmodi Aristoteles de Afione tradidisse reperitur. Quo verò sensu Plinius Noctuarum id genus maximum dicat, quibus pluma aurium modo micat, vt in Bubone Afione, Scope, Vlula, & quodam Noctua genere, omninò non intelligo: Sic enim Noctua nomine tanquam quæ à nocte ita dicantur, nocturnarum auium omne genus complectitur, falsum est. Nam Bubo Afione vel ipsomet Plinio iudice, longè maior est, & Scops Alucone, vt & ipse, Bubone minor. Si strictius & propriè id nomen accipit, sanè Afio Noctua dici nullo pacto potest, neq. eius species. Evidentissimè enim & præcipue per aures & digitos ab ea separatur. Quare alibi melius *Otum esse Noctua maiorem* dixit. Etenim si omnibus Noctua maior est Otus, aut ipse Noctua non est, aut seipso sanè maior quod absurdum est. Verùm nunquid Bubonem saltem & Afionem Plinius auritos nouit? Sic enim quæ auritæ sunt nocturnæ inter Noctuas maximæ erunt, & omnibus nocturnis Noctua nomen conueniet. Hactenus quod alij de Afionis forma dicunt, profecti sumus. Nunc nostris seorsim describamus. Proripri, qui altero maior est, caput rotundum est, vt Buboni & reliquis ferè nocturnis aurbusq. velut cornibus plumeis insignitum, varium, cinereo nempè, bætico diluto & nigro ad supercilia usq. & nares propemodum. Facies tota anterior, quæ oculos & rostrum complectitur è cinereo candicat minutissimis plumulis, veluti pilis tota obrita. Oculi amplii, pupilla nigra, iris crocea. Rostrum è bætico nigricat, aduncum, sed minus, quàm in Bubone. Corpus totum è cinereo seu leucophæo ad ferrugineum dilutum vergit, maculis vbique fuscis conspersum, tam maiusculis passim, quàm instar puatorum minutissimis. Alarum extimæ & ventri proximæ aliquot plumæ, albæ sunt, apice nigricanti. Remiges alarum pennæ per æqua & magna intervalla fuscis maculis transversim latioribus distinguuntur. Quæ secundo ab his sunt & medio ferè alarum loco ex cinereo albicant, & minutulis guttis maculatæ sunt. Tertium denique ordinem

Afio quomodo à Noctua differt.

Afionis prostroripri mi descripio. Caput. Oculi. Rostrum. Color. stus. dia.





10 *constituentes, & dorso proximæ, lineis transversis, uti remiges, sed frequentioribus insigni-*  
*tur. Per ventrem notæ fuscæ in longum rectâ ducuntur, & in acumen desinunt. Alæ interiores*  
*& axillæ argenteo candescunt. Quæ caudam componunt pennæ ultra extremas alas ad fe-*  
*mipallum protensa circa oras ex cinereo ad plumbeum inclinant, medioq. per æqua spacia,*  
*lineis frequentibus nigris, ijfq; transversim contortis, & incurvo flexu, velut pictæ sunt, vndu-*  
*latis. Crura, & pedum digiti ad vngues propemodum vsq; villosa ex fusco subferrugineis pi-*  
*lis vestiuntur. Pedes, grandes robusti, vnguib; egregijs, nigris, aduncis admodum armati, ti-*  
*biæ item crassæ, & robustæ, & omnia demum, quam in secundo grandiora. Secundum Asio non*  
*temerè fulvus dici ad prioris differentiam potest, quo semipalmum in longitudine etiam mi-*  
*nor est. Vnde illius comparatione Otum parvum vocauerim. Anterior igitur capitis pars in*  
*illo albescit, in hoc flavescit. Oculi similiter, ut plerisq; nocturnis, iridem habent saturo cro-*  
*ceam, splendidam, pupillam nigerrimam. Plumæ in aurium regione instar cornum sur-*  
 20 *rectæ maiori ex parte, præsertim antè, nigræ. Rostrum nigricans, aduncum, digiti crassitudine*  
*vbi è fronte exit, sensim verò in acumen desinens. Circa tertiam tamen partem evidentius at-*  
*ternuari, fastigiariq. incipit. Maculæ fuscæ toto propemodum anteriori corpore in longû pro-*  
*tensa, & singulis plumis abicantibus transversim decussatæ, ut crucis aut verius Ilij, quale Frâ-*  
*corum Regum insignibus appingit solet, referant figuram. Sunt enim transversæ vtrinq. non-*  
*nihil vnca, in superioribus vnca, inferioribus binæ etiam, & ternæ. At quæ in alarum remigi-*  
*b; necnò regetibus transversim ducuntur, frequenter sunt vtrinq; in interstitijs, & superne, &*  
*inferne lineis tenuioribus, velut perizomatis ex guttulis compluribus compositis cinctæ singu-*  
*læ, ut in Bubone, eodem modo cauda sed rariore, & perfectiore, nec interrupta nonnunquam*  
*nota transversa, quandoque per æqualia spacia, quandoque per inæqualia, non tamen proflus*  
*& ab vtroque tali latere sibi ex aduersis respondentibus lineis depingitur. Bamonis more. Ra-*  
 30 *dices plumarum vbiq. ex fusco plumbeæ, quæ dorsum vestiunt sui extremo medioq. iuxta ca-*  
*lamum in longum nigro maculantur, cætera in albedo fuscis notulis resperfa. Quæ alæ dorso*  
*hærent, albas in longum ordine dispositas maculas videre est. Crura, & pedes ad vngues vsque*  
*hirsuti è ferrugineo flavescent, uti totum corpus, sed magis venter. Crura huic quàm prius,*  
*breuiora, tenuiora, digiti exiles, neque ita ut in priore, carnosæ. Vngues acuti quidem, sed vix*  
*adunci, penè recti, contrâ, atque in illo, nigri. Cauda infra alarum est longitudinem secus atq.*  
*in altero vno ferè digito. Quem e. Bellonius describit Otum, Vlula multò maior est. At Otum*  
*Aristoteles, Aluconem, & Vlulam magnitudine pares fecit. Vnde incognitam speciem eam*  
*Aristoteli suspicari licet, & Gallia parti Aruernis montibus, quæ ad Hispaniam vergit, peculi-*  
*rem Hic ut Bellonius refert, patentiore multò, & ampliore aurium meatus habet, quàm vlla*  
*avis alia. Vnde duplici ratione aurita dicenda venit, cum quòd plumas eminentes velut aures*  
*gerat, tum quia harum ipsarum foramina admodum patula sunt, & grandia. Rostrum ei ni-*  
 40 *grum, & hamatum, vngues validi, crura item ad vngues vsque pilosa: color huic magis quàm*  
*Buboni aut Vlulæ, & Aluconi fulvus. Plumæ magis variegatæ, quàm rapacibus diurnis. Icon*  
*quàm dat, alarum caudæq. pennas omnes transversis lineis maculosas ostendit. Facies illi, qua-*  
*lis Aluconi, plumulis nèpè in orbem dispositis instar coronæ, sed diuersi coloris à cæteris. Hic*  
*Bellonij Otus, si non idem planè est cum nostro posteriori, sanè ei simillimus est, copiosa ad-*  
*modum pluma vestitur, cornua vtrinque è fronte surgunt, è quaternis quinifidè plumulis, qui-*  
*b; margines rufescunt, medium nigrescit, nonnullo candido permixto. Cauda longitudine*  
*alæ æquat, ad instar rapacium distincta. Maculæ ventrem variegantes in longum plumarû*  
*mediarum, iuxta tubulos ducuntur, æq. nigræ. At singularum margines fuluo albedoq; tingun-*  
*tur secus atque in tergo, maculis admodum subtilibus picturato.*  
 Verùm ut peculiaritatis aliquid de Oto dicamus, & præcipuè de ijs partibus, quæ ex anatomi  
 ca inspectione patent; quare quæ in Oto singularia, quamvis pauca sint, obseruauimus, ea hic  
 alijs communicare non verebimur. Potuit autem hæc pars in omnibus, quas damus, avibus  
 50 *haud quaquam excoli, & neque integra, non tam ob hominum peritorum, qui eas disseccarēt,*  
*quàm ob corporum inopiam. Non enim omnia in vno corpore investigari possunt, nec vna*  
*avis ad tot dies incorrupta permanens est. Qui diligenter admirabilem illam aurium in Oto*  
*constructionem intuetur, veram statim nominis originem agnoscit, & Plinium maxime hal-*  
*lucinatū esse. Aui huic supra aures cutis in longum producit complicata, rugosa, spõte con-*  
*cidens, & meatum eo loco occcludens, instar membranarum, quæ tamen in amplissimum, si vo-*  
*les ambitum facillimè deduxerit. Sunt enim laxæ, implumes intus, candidæ, foris verò minutif-*  
*simis, & pulchellis plumulis consistæ, & quæ orbem venustum in marginum ambitu constituat.*  
*Vfus harum quis sit vnusquisque videt. Non alteri rei magis appositè hæc cutaneas valuas,*  
*quàm piscium branchijs compararim, cum quoad figuram, tum quia vtilitatem, quamuis in*  
 diuer-

Venter.

A.

Cauda.

Crura.

Digiti.

Pedes.

Asionis

fulas for-

ma.

Oculi.

Rostrum.

Color.

Cauda.

Crura.

Pedes.

Vngues.

Cauda.

e. H. c. 3

Asionis

Bellonij de

scripto.

Aures.

Rostrum.

Vngues.

Color.

Facies.

Cauda.

Oti aurium

anatomie.



*Afionde  
dicitur*


diuersis membris non tamen abfimilem fortiantur. His apertis, auditus foramen amplum, ac patulum ni medio apparet, multis anfractibus instar humani tortuosum. Vnde non solum ab auribus plumeis, Plinius aliq. volunt, sed ab ipsis veris aut veras quam maximè imitantibus auribus auritum Afionem, & Otum vocatū credo Etenim meatum habet insignem multis sinibus, & meandris distinctum, & valveolas illas curneas, quæ auicularum instar in animalibus viuiparis sunt, magna certè natura prouidentia affabrefactas. Vnde natura benigna quod in visu deficit, audiendi bonitate compensare voluit. Certum enim est tot, & tam amplos meatus tanta cura exstructos, plurimum ad exactiorem auditionem conferre. Ex quo denuò Plinij error colligitur, qui ceteris auibus cauernas ad audiendum, huic verò tantummodò plumeas aures datas scribit. Sed nouam, & pulchram auris structuram secundò examinātibus plurimū occurrit resecta cute os cranij varium ea parte qua continuum est, & æquale ob substantiam intimam alibi densiorem, alibi rariorem, alibi obscuriorem, alibi pellucidiorē ad instar lapidis selenitidis. Cranium ab auditu carnea quadam portione coniungitur cum cranio anteriori. 20

*Os Cranij*

*Cranium*

*Musculus  
rostrū dū  
dicent.*

quædam, portio ossis hyoidis exporrigitur. Sub apophyse hac musculus est rostrum diducens, & inferiori mandibulæ depressendæ dicitur. Exoritur à cranio, & supra auditum definit retro aures, principio carneo, circulari, ferturq; deorsum carnosus, & si principium spectes velut in mucronem extenuatus, & tandem in extremum rostrum definit. Ad latera verò oram, co-



10 *stamue* mandibulae inferioris transit. Subest musculo membrana tenuis, sed neruosior via auditus partem constituens. Tendo insuper aut ligamentum a tubere extremae mandibulae superioris ortum, angustum, robustum, argentei coloris, oblique deorsum vergens, ad rostri inferioris costam, ut utramque mandibulam colligat, annectitur. Musculus alius oppositus superioris, prope auditum inferiori parte emergit, lato, principio, carneo, & in costam superiore inferioris rostri oblongo sine, sed carneo implantatus. Actio eius est inferiorem mandibulam adducere. Membrana, qua desinit auditus, quaque via eius occluditur, anfractuosa admodum, & profunda, tenuissima, & pellucida, qualis, ad latera supernae, quam infernae latior. Adnascitur vndiqueque interno cranij ossi, & tympanum, quod dicitur, constituit. Huic intus retid non solum adheret, sed velut conatum est, eaque, quasi obuoluitur tenue quoddam, & breue ossiculum a latere cranij retrò exortu, quod forte malleolus est. Incumbit id alteri cuidam ossiculo, quod nascitur ab inferiori cranio supra palatum tuberculo quodam in medio eminenti, quod a priore veluti incus a malleo tunditur. Ossiculum hoc tres anfractus seu sinus distinguit, quorum primus est retrò positus. Secundus, & mediae magnitudinis ad articulum rostri inferioris, & superioris collocatur. Tertius omnium maximus in cranio est superior. Hi omnes in capacitatem quandam communem coeunt. Sub osse illo, quod incudem diximus positam sub sinu hoc communi penetranti altius, ossiculum aliud occurrit transversum firmissimum, arcuatum, cui in medio exiguum aliud, sed deorsum tendens, & tenuissimum adnectitur. Quibus omnibus perruptis cerebrum sese conspectu obijcit. Cranij haec est constructio: Peristho vestitur densissimo, tripliciter ad sensum. Prima, & suprema substantia tenuitate insigni firma est, & admodum pellucida. Altera ad cranij medullam rara est instar spongiae, seu pumicis, & albicans, & nullo negotio a superiori separabilis. Huic tertia subest, densa, pellucida, & mollicula, & tactu cedens lamella, idem fortassis quod in proximo est ipsa cerebri medulla, atque vnicam tantum membranam intacta, non ut in homine, duplici, sed valde crassa. Atque haec pauca, quantum res, & tempus passa sunt, intimius perscrutati sumus. Quae ut clarae euaderent, maxime quae ad aures spectant, placuit, ea hac adiecta iconè aperte demonstrare. Idem semper studemus ut quod fieri potest, dilucidius omnia tradamus. Verum cum oculorum in nocturnis rapacibus insolitam illam varietatem atque nigro, & croceo flammeo emicantem aduerissem, lumina me inuasit voluptas hanc peculiarem naturae fabricam rimari, & quae huius rei causa esset, inspicere. Itaque oculum Ori Excellentiss. D. Marco Antonio Vlmo Patavino viro in Philosophia, & Medicina singulari, cui haec & illa alia debemus, secandum tradidi. Inuentus itaque fuit oculus substantia quadam cartilaginea, velut capsula circumclusus, non tamen vndique. Nam infra in parte oculi posteriori haudquaquam membrana haec substernebatur, sed circumquaque, ad latera, a qua circulus supra totum oculum exortigebatur, ante quidem haec membrana angusta erat, intra verò, & quae magis ad posteriora vergebat, dilatata. Oculus ipse ante orbicularis erat retrò sessilis, & compressus, longè quàm vel in medio latior. Resecta cornea ab illa intus plurimo nigrore tinctam, & veluti atramento perfusam, quippe quae etiam humores subiectos digitis contrectata tingeret, obseruavi. Huic in orbem alia tenuissima pellicula instar annuli circumponebatur, crocea, seu aurea per totam substantiam, ita vix connata, ut nullo modo integra ab ea secerni posset. Huiusmodi sanè nullam, quod equidem sciam, in alijs animalibus reperiri puto. Duæ igitur haec membranae coloribus diuersis tinctae, & per corneam transparentes, horrendum illum nocturnarum avium obturum faciunt, concurrentibus simul è nigro, & croceo ex aduerso radijs, & velut flammæ è silice excussæ micantibus. Humor crystallinus minimè durus aut solidus erat, qualem in Aquilis, & alijs obseruauimus, sed tener, & molliculus, ut potè qui facillimè vel sua spontè dissolutus ressecta cornea simul cum aequo humore efflueret.

Cranei constructio.

Oculi Aionis Anatomia.

## LOCVS. NIDVS.

10 **O**Tus, & Bubo montes plerumque inhabitant, locaque edita, cetera atque N. Aua, & Vlula, quae caepetribus gaudent. Mirum quod Bellonius refert, reperit a se Afontem in Caliciae capis de die inter Ambrosiae plantas abditum, cum tamè eò loci, ne ad quartum quidè milare arborè vllam nascentem videre liceat. Quare, etsi ubique ferè locorum reperitur Otus, tamè quibusdam regionibus, & motuosius praesertim locis libentius degere conspicitur. Ita Bellonius in montibus Aruenig copiosius inuenit, & in Italia nostra praeter ceteras in monte Plubicio passim obuios esse, Constantinus cognomento Felix Serenissimi Vrbinatum Ducis aliquando medicus praestantissimus mihi auctor est. Habitat verò, & nidificant plerumque, in arborum cauernis ac foraminibus

ramibus. Otum migratorium esse Aristoteles, & Plinius volunt. Eum enim cum Lingulacæ matrice, & Cyncramo Cornuicibus hinc proficiscentibus ducem esse scribunt. Vnde Bellonius Petit duc Gallis sic dictum putat.

Petit duc,

## V O X.

Chat-hu-  
ant.

Chin.

**O**T-V-S noctu, uti Albertus etiam testatur, vocem horribilem ei; similem emittit, qua homo frigore affectus rigensue exclamare solet hu hu. Vnde à Gallis Chat-huante non immeritò vocatur. Verùm huius vocis sonus etiam Buboni alijsq. attribuitur Ego verò eius vocem nulla alia exactius perfectiusq. exprimi posse puto, quam hac dictione, & ad soni imitationem aptissimè effecta, Chiu (quo nomine Italis indigitatur) quæ noctu subindè, sed singulam, aliquàto interposito intervallo, repetit, sonoram admodum, & claram tanquam si fistula tenui ederetur, idq. solis occasu iam instante. Cùm à quopiam læcessit, sibilu aut crepitum emittit, qualem felis solet.

## V O L A T V S.

LEVI faciliq; volatu, utpotè pennis optimè fultum, ferri testatur Bellonius.

## P V G N A.

**E**ADEM arte, ac ratione, qua Bubo impugnatus sese defedit, rostro scilicet, & pedibus aduersum hostem protensus, vt in cæteris, ita, & hinc Buboni similis.

## ACTIONES. INGENIUM.

a H. c. 12.  
b Lib. 10.  
cap. 13  
Pliny, &  
Gaza er-  
ror mō  
πε.

κόως.

βομο  
λοχοι.  
Oius cap  
bomoloch<sup>9</sup>  
dicitur, &  
mimitis.  
Μιμητής.

**O**tos inquit a Aristot. ἡσυχόβαλος καὶ μιμητής, id est, vt b Plinius vertit *avis parastis, & imitatrix* At Gaza pro κοβάλος interpretatur blatero, nec malè, sed pro μιμητής non recte reddidit hallucinator, cùm ea vox Græca imitationem significet. Vnde suspicio est illi aliter in suo codice legisse, nempe μύσα, aut tale aliquod vocabulū, quod vitiū oculorum indicaret. Suidas vocē Κοβάλος per βομολόχος exponit. Bomolochon autē esse ait, qui ludendo aliquem decipiat. Ἠθεύου· rale, malignum, quasi κοπιβαλον. Cæterum ludendo aliquē decipere, etsi accipi potest etiam simpliciter, tanquam per ludum, & iocum quempiam falleres videtur tamen ad ludos, qui pecunia deposita fiunt (vt in alea) proprie pertinere: vt kobalos fit aleator improbus, & astutus, nempe quasi Κακόβαλος ὁ κακῆργος περὶ τὸ Βαλλειν. Veteres Græcæ aliter exponūt, & deriuant, ἀπὸ τῆς κοψα, quod pro blaterare accipitur, Vnde κόως blatero. Aristoteles quidem videtur, vt κοβῶλον vocem interpretaturus, per epixegesein addiderit, καὶ μιμητῶν. Nam blateronem dicere auei nocturni generis parum conuenit, vt fortè nec parastiam Plinius aptè dixerit. Cæterum βομολόχοι proprie dicebantur homines artis affidentes, & affectado aliquid de sacrificijs petētes, deinde tibicines, & vates, qui sacrificijs adhibebantur, tertio per metaphoram homines abieci, & leues, & nihil non sui iuri causa ludendo assentando, facere sustinentes, vt Suidas testatur. Eo igitur nomine Oius dictus fuit, quòd instat minorum, ac parasitorum seu etiam histionum collum contorquendo nunc in hanc, nunc in illam partem, ridiculos, & mimicos gestus edat. Μιμητής verò fuit appellatus, quòd imitatione gaudet. Saltates enim imitatur, vt dicit Aristoteles ἰδεὸς, quodam genere saltantis vocat Plinius. Hanc autem saltationem commodiùs, perficit, quia, vt author est Philoophus, planipes confundens nempe cum vulgo Otum cum Otide, quæ tamen nec ipsa planipes est. Inter saltandū capitur, dū saltantes imitatur, haud difficulter, ait Plinius, vt Noctua intento in aliquo nēdè accipere, citò ueniente alio. Quod hoc pacto perfici Athenæus scribit, *In aucupio illorum, qui saltandi peritissimus fuerit, saltat in conspectu eorum, & simul ipsos cōtra aspicientes ad saltationē inducit. Alius à tergo latèr volatipate imitandi captas (saltantis enim motus, & gestus exprimitur Ἡδυσιδὲ κοπιῶν) cōprehendit.* Qd̄ & Scopes facere aiunt. Verùm alij istæ Otidi perperam tribuunt. Ita enim frequenter hæc duo vocabula confunduntur, Otus nempe, & Otis, etiam in ipso Aristotelle, vt diximus, nisi librariorum ignorantia mendum irrepserit. Otum ego imitationem suam natura esse planè dixerim. Nam alioquin, & aliam rationem, qua ob omnium imitationis studium capitur, Athenæus, & Eustathius narrant, in hæc ferè verba. *Otus ad imitationem naturæ animalium præcipuè rerum, quas ab hominē agi videris, aucupes etiā imitari solet. Stā illi d̄ regione*

& cetero

<sup>10</sup> & certo quodam p[er] m[er]ito oculos unguis, & alia quedam glutinosa pharmaca parata proximè alibi in parvis peluibus apponunt. Quibus visis, Otis postea se illinunt, & conglutinatis oculis ac palpebris max capiuntur. Hoc igitur aucupandi genus ad Otum potiùs, quàm ad Oudem, et si eas veterum plurimos confundere, vt diximus, constet, pertinere videtur. Est enim Otus auis, vt & alie quædam Noctuis similes, (Scopes maximè) omninò ad imitationem apposita, eoq. nomine facilis deceptus. Oudem verò, cum canibus & retibus facile fit venari, hac machinatione nihil opus est, verùm vt quod res est, dicā, etiā hic e Gaza lapsum esse credo, vel altero textu vsu[m]. Græcus codex sic habet ο δει ὀπιπὸ & c. ἢ δὲ κολαβὸς καὶ μιμητὴς καὶ ἀντροχημῖνος ἀλισκεται τῷ πρὸς θόντος θατέρω τῷ θυρεῶ τῶν καλῶ πτερυγῶν. Hoc est, Otus auis & c. seu qui a musibus est, & imitator, & saltator, itaq. capitur circumueniente cū altero venatorum, vt Noctua. Hoc ergo in loco nulla mētio fit planipedis vt in Gazæ translatione legitur, quasi quòd auis ob pedū plantiæ melius saltare queat. Quare vel alium habuisse codicem Gazam necesse est, vel hoc ex suo addidisse. Notandum tamen alijs legi κοβαλός pro κολοβός & rectè Quid n. murilū esse. cum cæteris & cum nostra aue conueniunt? Cæterùm quàm benè verterit Gaza, blatero est, & hallucinator, alij videāt, quorum alterum vocis vitium est, alterum visus. At imitari ad scurras & mimos pertinet, quosuis gestus corporis per ludicrum exprimentes. Ego adulatorum potiùs dicerem, pro blaterone, quæ vna est τῶ κοβαλῶ significationum. Sic cōtraxisse videtur Gaza illa, καὶ μιμητὴς καὶ ἀντροχημῖνος dum ait, saltantes imitatur. Cæterùm paraphrastem in multis agere mihidem videtur. Sed de his hætenus.

D E N O M I N A T A.

<sup>30</sup> **Q**ui fraudibus expositi sunt, ac nullo propè negotio inrita simplicitate, vel potiùs solo auditu, quodq. haud verba ipsa examinēt, decipiuntur, homines stolidi, Otii olim vocabantur Eustathio & Suida testibus. Quemadmodum & ij, qui gloriæ vanitatem afficiunt. Quare, & Comicus Ath. nienfes, quòd facillè quæcunq. audirent, fidem habentes deciperentur, Otos vocauit. Oti qui decipiuntur.

M E D I C A.

GLAVCOMATA, vt tradit Plinius, Magi dicunt curari recenti Afionis felle.

H I E R O G L Y P H I C A.

<sup>40</sup> **P**er hanc auem pleriq. mimum atq. parasitum expriment. Non enim a mimica multum distat ars parasitandi, quam ita describit Horatius. Parasiti typhus.

*Alter in obsequium plus ego pronus & imi  
Derisor lecti, sic nutum atutus horret,  
Sic ieras voces, & verba cadentia tollit.  
Vt puerum credas sauo dictata magistro  
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.*

Est enim hæc auis, vt dictum fuit, omnium maximè imitatrix. Hæc in clypeo atq. insigni militū Romanorum depicta, qui recentiori tempore paulò ante Imperij decremenum, sub magistro peditum merebant, ordinis eius signum fuit, qui cornuti appellabatur. Erat ales coloris prasinii in orbiculo luteo, quem cæruleus ambitus latè ductus circumplectebatur, à quo mox argior, & ipse luteus, & circa marginem extremus ruber. Afo Romanorum insignis. Cornuti missus dicitur qui.

F A B V L O S A.

<sup>50</sup> **O**tum, & Ephialtem Aloei, & Iphimedie filios fuisse aiunt, & Martem ligasse. Maximi fratres feruntur & bellū cælo ac superis inferre ausi, vnde Apollinis sagittis cõfecti sũt. Alij in venatione imprudenter inuicem sese iaculis transfixisse dicunt, Dianæ consilio, & cõfcedem primos Musis sacra fecisse.

E M B L E M A.

EMBLEMA Alciati inscriptum FATVITAS.

Yy

Miravis

Miraris nō pro quōdā carmine dicens Otus,  
Sis vetus à prouo cum tibi nomen Otho?  
Aurita est, similes, & habes ceu Nocturna plumas,  
Saltantemq̄, auceps mancipat apus auem.  
Hinc fatuos capti & faciles nos dicimus Otos,  
Hoc tibi conueniens tu quoq̄ nomen habe.

## DE SCOPE. Cap. III.

**E**tti magnitudinis merito Scops & Vlyzæ & Aluconi, quibus minor est, postponenda veniret, non vna tamen de causa Afionem statim subiungēdam esse putavi. Toto enim corporis habitus Afionem ita exprimit, vt nisi magnitudo diuersa esset, inquit, Bellonius, eadem auem diceret. Nam inter cætera insignem illam notam cum eo communem habet, quòd cornuta sit, moribus etiam & ingenio illi est quam simillima, nempe & saltandi libidine, & imitatione mimica. Deniq̄, quoniam his ipsis proculdubio de causis ab authoribus plerisq̄, præsertim a Theodoro Gaza cum Afione confundatur. Quin & hoc curauimus ne cornutas seu auritas aues nocturnas, vt potè specierum quadam cognatione iunctas separaremus. Reliquis etiam quæ sequuntur, aures desunt,

## Æ Q V I V O C A.

Scops pi-  
fess.  
a L. 14. c.  
2. Salsa-  
tio.

**S**Cops Athenæo genus est piscis, Ex eodem Athenæo apparet, quod Σκόψ & fortè σκω-  
σώμα saltationis quoddam genus, siue gestus inter saltandum fuerit. Nam σκώψ ( in-  
quit ) gestus quidam est prospicientium, extrema manu supra faciem inclinata, vt Ae-  
schylus etiā testatur. Solent quidam manus oculis hoc modo ad frontem imam opponere, spe-  
ctaturi aliquid, ne offendantur a luce, & vt oculorum imbecillitati consulatur, & fortè qui Sco-  
pem saltant, imbecillibus sese Scopum aut Noctuarum instar oculis esse hoc modo simulant,  
qui lucem apertam ferre nequeant. Quanquam scriptores pisci, vt Athenæus, saltationē quā-  
dam Scopem dictam velint, non ab hac oculorum protectione, sed à motuum & gestulationi-  
um varietate, quod auis hæc imitari similiter varijs moribus gestulari soleat. Nam & Pol-  
lux, in Scope saltatione (inquit) quæ & σκωσώμα dicebatur, collum quodammodo circum agebat ad  
imitationem auis eiusdem nominis, quæ, dum saltans imitatur homines, capitur. Sed decentior ap-  
tiorq̄, forsā hæc saltatio fuerit, quæ cum corporis gestibus, tum visus infirmitate Scopē imita-  
tur. Imitabatur recte b Scaligero in hac ipsa morphæmi specie etiā ætates. Itaq̄, senes exprime-  
bāt cū scipionib⁹. Iitū saltātes ὕποτροπῶνες nominabāt. Siquidē γυπῶνες significatūr ligna tere-  
tia, quo nomine dicebātur, qui in grillatorijs phallis saltabāt amici pellucida veste Tarētina.

b. L. 1. Po-  
et.  
Eποτρο-  
πῶ-  
nes. qui.

## SYNONIMA.

a l. 9. c. 14

**A**thenæus a Alexandrū Mindium citat, qui apud Homerum aliquos Κῶπας legere,  
absq̄ sigma initiali tradat, & Aristotelem sic σκωπες nominasse. Idem annotat Eusta-  
thius in quintum Odyssææ, necnon Aelianus Speusippus quoq̄ (inquit) & Metro-  
dorus Κῶπας dixerunt. Itē Epicharmus. Frequentiùs vero legitur Scops, cuius hæc nominis  
ratio est. Scopes Græcè dicuntur (inquit) Eustathius, vel a voce inepta παρὰ τὸ σκαίον ὄπαι-  
ζῆ. Cacophonii etenim sunt, vel quòd vocē noctu emittāt παρὰ τὸ ἐν σκαίῳ εἰς νυκτὶ ἀφίεται ὄπαι-  
ζῆ, vel quòd noctu maximè cernant παρὰ τὸ ἐν σκαίῳ πα κληρῖ νεογῶν, vel deniq̄, quod varietate  
gestulationū, quibus naturaliter viuunt homines σκώπτοντας, id est, qui illos deridere, & de-  
cludere solent, refert, Quinimò verbum σκώπτεω deductum esse ab his ipsis auib⁹ Athenæus  
author est, quod imitando irridere significat. Apud Germanos quidem, Græco huic verbo  
σκώπτεω simile fere est, & eius ē significationis spotten. Apud Latinos hæc auis Scops nomē  
nondū inuenit, quod enim Afionem ubiq̄, Gaza pro Scope vertit, & alij forsā eius versione  
decepti, idem existimant, toto sanè cælo errant, quod antè etiam monuimus. Eam verò auem,  
quā nos argumētis paulò post adducēdis adducti, Scopè esse putamus, Itali vulgò Chiuino Bo-  
nonisq̄ sferim vocāt. Cūm n. Chiu sit & nomē & vox Ori propria, hæc verò auicula & specie ac  
figura corporis, necnon voce eundē, quā maximè repræsentet, sola corporis magnitudine ex-  
ccpta